omnem disciplinam percipiendam, quā in perceptam erolāe
magisq; popularē reddant. Contra Dialecticā istā, si nuda
sit, nihil est ea omni inepius, perplexitatis, et odiose, ut Comisi

Narrat se opinionem am
icō compasse honestā &
questuosam et affi
mitate illi offerat

dimi

Hortat Pontani filij
ut a loquacitate admodum
p̄ se studijs eo qd ois
disciplina sine eiq; in
torq; multa sit.

¶ Humanitas Anto. Bal. & lamiloto testibz Landino atq; insitino in bonas artes
data, quos qm sine exitu impm̄ assequit. Quis it̄ sup̄t̄ max̄e humani qua
pp̄ & artes ip̄e liberalitas humanitate studia sunt. Hic em̄ sit̄ nica & dyti
plina ex diuine s̄o aial̄ q̄ soli homini data est.

stis a
nulla
id pro
necessi
dium
nisi 3
ult
ni, ve
ctand
piend
sentie
ueni
mibi

Salutate
est tam ad f
mem̄ qd
vidente
viba
tuan
amer
bes
mibi
adul
grat
iuen
tum
non

rus: modo tu ipse tibi nō desis. Quid mihi quum vna fulimus pollicitus es. caue obliuiscaris. sanctissimum iusiurandum serua. nisi deum vis iratum habere. et patrem. Acculit tibi Carus viginti argenteos nummos. si qua re indiges. que ad vestitum et calciatum atineat. fac ut sciam. Satis humane ne predicam feceris: si sepius ad me scripseris. ut ex tuis litteris intelligam. quid demum de tuo profectu me sperare oporteat. Vale

¶ M. Anto. Mario suo.

¶ Hortatur filium ad eam philosophiam que eum neque elinguem neque ineptum faciat.

Hus tu quid agis. dormis? aut si vigilas tibi soli ut vigilas? Ego iam dudum tuas expecto litteras. et est expectatio hec non minus vana. ut video quam longa. et pergis cere fili. et aliquando incipias huic morem gerere. cui debes omnia. que desidia est hec. aut qui potius ignavia: huic et piū et debitum abnegare officium. ad quem omnia tua defers desideria. delataque expleri sentias. fac si potes. ut tue deum littere ad me perferant. que me erudiant: quid istic agas: et in qua spe nos esse oporteat. proficias ne aliquid. an omnino in vestigio hesites. et breui fac sciam. sis ne ille. quem te futurum toties es mihi pollicitus: an te ipsum. et patrem prodas. Tantum habero me istam philosophiam non probare. que ineptum te facit et elinguem. Da operam. ut te. quem non infandum hinc dimisi multo. si fieri potest. facundiozem recipiam. Vale.

¶ M. r. Anto. Mario suo.

¶ Optat ex filio ut quo morbo decumbat se certiozem reddat.

Aodio te morbo decubuisse. sed neque morbi causam. neque genus intelligo. Tu si potes. de his ad me scribito. Interea fac. ut sciam. quid me facere velis. Nam sine pecunia opus est. siue domesticorum ministerio. utrunque tibi presto erit. Quum et ipse istuc aduolabo. si mea presentia tibi pulis esse potest. Vale. ac quantum potes te ipsum sustenta.

9

nullas
ete facer
sis effi
Roma
liceat ip
de affu
sit. qui
coinqu
vllam
in vern
Ego h
institue
longissi
cienda
perfra
fui ab i
ipse no
rius: qu
nunqz
us imp
velit. S
rio. qu
est igit
obulun
ras et
das v
di rati
numm
abus.

¶ Mar. Anto. Mario. suo.
¶ Reprehendit filium q̄ tam corrupte ad se scripserit.

¶ Vid queris tu quod tabellarij nō tuas ad me litteras dederint. quū te illas dare oportuerit. hos vero reddere. quanq̄ nec reddere quidem potuerunt. quū nullas dederis. Sed fac datas. Dic rogo fili. videris ne tibi recte facere. q̄ tam corrupte ad me scribis. presertim quum in ea sis officina firmatus. in qua vel medijs crepundijs nihil. nisi Romanū. aut et Latino translaticū audieris. et quod dicere liceat ipsa tui tyrocinij rudimenta procul ab omni litteraria sede affuerunt. Sunt hec. vt scis. veriora veris. Sed quum ita sit. quid tibi cum labdacismis. et totacismis. Torquent me hec coinquamenta. si nescis. discruciant. nec patiuntur me spem vllam alere tui futuri profectus. quid quod verborum inopia in verum tempus vestem petiturus autumnalem petijsti. Ego hec vitia eo molestius fero. quo impensius a tua prima institutione elaboravi. vt ab huiusmodi scribendi seditate q̄z longissime abesses. Nunc nisi omnia prius velis. quam que facienda sunt. emere fili. vt emendatioris abs te mihi posthac perfirantur littere. digne ea institutione. qua in te erudiendo fui ab initio vsus. quantum preterea me tibi irasci oporteat. tu ipse non ignoras. si tecum reputes. quam sis mihi patri iniurius. qui grecas litteras aspernaris. ad cuius discipline cultum nunq̄z destiti te hortari. Sed que insania hec est. aut que potius impletas. vt omnia libentius cures. q̄z que pater te curare velit. Sed iam cogendus es. agamq̄ tecum legibus. et imperio. quando hortatione et precibus nihil adhuc proficio. Non est igitur. cur a me pecuniarum quicq̄z expectes amplius. ne obulum quidem nisi posthac dabis operam. vt studiorum curas ex equo partitus. dimidium tui studij grecis litteris impendas. vt et audias grece. et scribas. Ceterum. quod ad scribendi rationem attinet. constitui tibi in singulos Homeri libros. nummos at genteos septenos. verum ea lege. vt si quid in apibus. litteris. sillabisue fuerit erratum. nihil horum impune se

ras: sed quoties incuria peccaueris: marciāno agenteolo mul-
cteris: erigamq; ego abs te id mulcte genus acerbius. quam si
ex stipulatu sint tibi hec omnia prestāda. mitto in presentia ad
te argenteos nummos decem. facq; vt Carthus videat: que vo-
luntia sint illa. de quorum apparatu tantopere laboras: nam
si res digna visa fuerit. quapropter noua hec fiat impensa: mie-
tam pro his pecuniam. sed ego. neq; te amarem esse volo: neq;
sumptuosum: vtarisq; velim potius libris. q̄z vmbilicos et ta-
bulas mireris. fac modo: vt ad me mittas singulis mensibus
duos Homeri libros. tua manu conscriptos. nec obluclinabun-
tus. vt soles eam mihi operam nantes. quin omnes tui ingenij
vires intendito. nec te ipsum frustreris: nam tantum abest. vt
pro mendosis et corruptis sim pretium daturus. vt. eraturus
sim etiam mulctam pro his: nisi quam emendatissime scripti
fuerint. Mitto tibi vestem violacet coloris. eam nō sum passus
hic recidi. ne a tui corporis modulo aberi. aremus. Tu mulcto
melius istic ad presentem vsū accommodabis. Vale.

¶ Marcus Antonius Politiano.
¶ Atlantem cuius consuetudine vsus
est. maxime laudat.

¶ Nam ego aliunde nostram aspiciaturus amicitia-
am. ni subito Atlantis. conterranei tui hinc digres-
sus nostrum in ea re. consilium peruerisset. Fuit is
annum. et amplius Venetijs. ac q̄z diu fuit. et domi. et foris.
frequens. mecum esse perseuerauit. Nullius vnq; consuetudi-
ne sum magis delectatus: enimvero preter morum elegantiam.
singularemq; modestiam. patrio sermone. thuseaq; illa viba-
nitate. breui consecutus est. vt eo vno. esset mihi iucundi-
or. nemo in hac vbe grauior. Omnia preter tempus secunda
habui in illius amicitia fruenda. et enim tunc potissimum ei vi-
sum est. hinc abire. quum me maxime in sui erexisset admiratio-
nem. Sed in eo visus est mihi omne vetustum amicitie exem-
plum equare. quod in tam tumultuario digressu sine meis ad

te litteris venire p-
stre future amicitie
te virum clarissim-
mores. et studia ca-
cum vterq; nostrum
infirmus ad am-
deatur. Sed recece-
busq; officijs illa
(vt spero) Indies-
ssimum maiorem
mus poeta mon-
dandos. Gratul-
restituta consue-
nec in vtriusq; c-
Marcum Antco-
plissimas virtut-

¶
¶ Policia
littere Sa-
Gleb-
n grat-
offici-

derarum. quas
eius plane prese-
secū: quod pene-
tetur cū litteris
suo: q̄z tabellar-
no et litteratur
manicate nihil
epistola delinia-
pabar sane ian-
tie. qui tu sez h-
quod prior. sed
mihi nūc oper-
posterioris tuli-

te litteris venire pertinaciter recusavit rarus certissimum se no-
stre future amicitie pignus secum in patriam deferre. si apud
te virum clarissimum. cui quam charissimus esse vult. ipsius
mores et studia commendarentur. vnqz ita cupiat euenire. vt
cum vterqz nostrum de ipsius moribus idem sentire ceperit: nō
infirmus ad amicitiam gradus (vt Crispo placet) factus vi-
deatur. Sed recte ille nos vero scribendi consuetudine maiori-
busqz officijs illam. his modicis principijs ortam locupletiorē
(vt spero) indies faciemus. nunc Aelantem ipsum cui studiosi-
ssimum maiorem in modū tibi commendarem. nisi vrbani-
mus poeta moneret peccare eum. qui suos putet cuiqz cōmen-
dandos. Gratulor. quod superest. tibi lepidissimi adulescentis
restitutā consuecudinē. quam tantisper etiā inuidere pergā: do-
nec in vtriusqz cōplerus venero. Vale Tusci nomine decus et
Marcum Antoniu iam hinc amare incipe. qui te ob tuas am-
plissimas virtutes amat. colit. obseruat. Venetijs.

¶ Angelus Politianus. M. Antonio. S. D.

¶ Politianus ostendit qz grate sibi sine
littere Sabellici.

n Glebat Aelas quondā suo mihi nomine redire tam
gratus. vt recepto contentus amico. nullum vltra
officium desiderarem. nunc aut tuarum nomine lit-
terarum. quas fideliter reddidit. tam mihi iucundus rediit. vt
eius plane presentia nō requirerē. atqz haberet Aelas quippiā
secū: quod pene plus qz Aelas expectaret. Tunc idē istuc reuer-
tetur cū litteris meis. quas tibi arbitror fore gratas. non tam
suo: qz tabellarij noie. Notam equidē antea qz quantum inge-
nio et litteratura. quantū etiā stilo. facundiaqz polleres. de hu-
manitate nihil sane adhuc audieram. sed eam tua mihi nunc
epistola deliniam. Aelas penicillo. et coloribus expressit. Aucu-
pabar sane iam pridē occasione quāpiam ineunde abs te gra-
tie. qui tu scz hoc agentē preuenisti. nō ob id humanior modo:
quod prior. sed qd minore qz proposito premio. quare danda
mihi nūc opera est. vt quēadmodum ineunda tecum amicitia
posterioris tui. sic eadē tuenda. colendaqz prioris ferā. Vale.

M. Anto. Harmonio suo salutem.
Monet ut Harmonius rebus suis
q̄optime consulat.

9
Vob ita demum enenerit vt ego et tu vt ambo vo
lebamus: gratulor tibi vt debeo: mihi gaudeo et sic
ita vitam vt eo de quo ad me scribis incolumi vellē
te omnia consecutum. Tu mi Harmoni fac is sis: qui in rebus
tuis non minori tibi presidio fuisse videaris quam fortuna esse
possit: que est prudentie comes et pedissequa ea tecum cogita
ea meditare que tibi: que Nestrensibus tuis commodo sint: et
honorū me quidem semper habebis: cui omni tempore eque cha
rus sis ac patri. Sed hec melius quum vna erimus erimus
aut: vt spero sepiissime iam dudum enim cogito successivis tem
poribus istuc aduolare tu rogo siquid vales gratia istuc com
para mihi et tibi locum aliquem suburbanum vbi festis die
bus recentem captemus auram: ac sub umbra cum domesticis
centemus manebunt omnia cultoribus ipsis mea cura et dili
gentia: intacta adero hesperius serpens umbra celo et aqua
contentus nec te interea rei cuiuspiam satagare oportebit tua
contentus presentia et comitate satis mihi laute epulatus vide
bor quum te conuiuiam fuero sortitus. Urbana esculenta istuc
mecum aduecta instruent satis abunde cenam. Vale.

Mar. Anto. Harmonio.
Scribit sibi gratas fuisse primitias ab
Harmonio missas.

t
Vi agelli primitie fuerunt mihi q̄z gratissime non q̄
missas vellem satis enim superq̄ abs te habeo q̄d
nostri memoriam tenes Sed quod a magno animo:
gratoq̄ sunt profecte Tu scito eas multo maiore gratiorq̄ ani
mo q̄ misse sint a Sabellico esse acceptas. Qui vnus omnium
amicorum officia plus equo et celebrare solet et illustrare. Sed
hec non eo tendunt vt velim te post hac ad me quipiam mie
tere nisi forte mercenarium amicum iudicas Quod si hoc no
mine me tibi suspectum sensero. Valebis. Venerijs. Tertio Ma
nas Aprilis.

9
ne decep
ausus es
epistola
quod st
presertim
tum ref
putat se
nisi sic e
alioqui
minum
consula
Ego: q
o: ac si
tur: quo
tam me
deret q̄
quod n
ris sener
bellicum
treccati
loquere
te vite h
secū vt
Tu qui
tune po
te nulli
alterū c
tu inter

M. Anto. M. uero M. inuano.
Gaudet se laudari ac magni estimari ab amico.

q
Vob in aiora secutus studia nostra adhuc miraris
gaudeo plurimum nam et ab amico laudari aliquid
cerce est: modo is sit qui sciat omnem ab amicitia
adulationem abesse oportere. Sed tu vide ne opinio
ne deceptus tantum mihi tribuas quantum ne optare quidē
ausus essem. Nam quid per deum et tumultuaria illa habuit
epistola quam ad Barbauariū dedi: quod quisqz nō mirari
quod stultum sit dicere: s; mediocriter etiam probare potuerit:
presertim quum ne ad hoc quidem a me scripta esset ut in aper
tum referretur immodicus est Barbauari in me amor: qui nō
putat se amare nisi quantum me amet: omnes intelligat quid
nisi sic esset nunqz passus fuisset illa nostra que pro ludibrio
alioqui in ora omnium abire potuerunt temere in ista luce ho
minum circumferri sed ipse viderit quantum sue estimationi
consulat nemo nisi que valde probet se auctore velit publicari.
Ego: quid ad me attinet ipsius et aliorum iudicio perinde fru
or: ac si que scribimus talia sint ut merito a qz plurimis legan
tur: quod Timon iste (scis quem dico) ineptire non desinat: nō
tam mea qz ipsius causa doleo: qui si tam callide sua perpen
deret qz se aliena posse existimat nihil scripsisset vnqz et nunc
quod nostra sit resellere adortus funebrem facem sibi capula
ris senex querit at neqz eius scripta me aliter afficiunt: qz si Sa
bellicum optimus aliquis laudet improbi et deliri hominis ob
trectatio primaria laus est nec ego expectavi vnqz ut is bene
loqueretur qui bene loqui nunqz didicit at consuetudo ante ac
te vite hominem precipitem agit donec in aliquem incidat: qui
secū ut fortuna illa Eschili ignem et aquam ferat in manibus
Tu quidem et pie et fortiter facis: qui operam tuam mihi ope
tune polliceris que apud me tanti est: ut in afferenda dignita
te nullius sim ingenio libētius vsurus: qd si acie dimicandū sit
alterū tibi cornu ut Lanti Apolloniāte olim: tuendū destino
tu interim nos ama et tecum futuram pugna meditare. Vale.

¶ Mar. Antonio Fortunio.

¶ Invitat amicū vt in alio loco vitam agere vellet.

S Epus ad te scripsi: vt ex istis tenebris quādoq; egres-
sus velles hic esse victurus: in hac forensi luce: viba-
naq; frequentia: qua veri homines fiunt: opibusq;
et diuitijs aucti: gratia et celebritate florent. adsunt tibi: vt dice-
re soleo: omnia abunde: que hominem inuitare possunt ad vite
huius institutum. etas. eruditio. ingenium. vis. et copia dicen-
di non vulgaris. et quod omnium maxime nostrum poterit cō-
siliū iuuare. dexteras quedam pudoris plena. et ad homi-
num gratiam promerendam: comparata. Nec est q; de fortu-
na dubites: quā perpetuā tibi comitē destinasse videri possunt:
qui te Fortunū direre. Sed quod istuc sperare possim. nihil est
inquis. Rudis homo: et omnibus ignotus: quod si oīa adsint:
istis tamē patronorū frequētia. celebritasq; multorū: nō solum
obstabit. sed obuet me perpetuis tenebris. Ut quicunq; hodie
hic clarissimi sunt: fuerunt olim ignobiles: et quod tu nunc ve-
niens eris: qui si ad alienum splendorem caligātes foro abstint-
issent. nunq; eo loci peruenire potuissent: quo te venturum diffi-
dis. Sed tu quid mihi offundis istas ambages: quū istud ipm
tempus: quo deliberas: iacture cumulo accedat: quin age: et qd
futurus es: mature esse incipias: principio opus est: et dimidiū
rei tibi confectum puta. Quod si te pudor: et metus impediunt
licet Sabellico: Cui charissimus es: vel auctore. huc properes
vel impulsore. semper amici consiliū bonum: sed honesta sua-
dentis. optimum. Vale.

¶ M. Anto. Hieronymo Squarciafico Alexandrino.

¶ Dolet amicum patria expulsū.

G Audebā ego te: vbi postliminio. i patriā reuersum
octo: et studijs domi florere. que omnia ego tibi iu-
cundiora esse sciebā: quo diutius desiderata: postq;
varios fortune casus recepta. nunc prohdolor tanq; a fortuna
amplius recenti. Gallorū incuris: patria hostiliter capta: do-
mo direpta: et incensa. magnaq; pecunia ab amice redemptus
extorris diceris Circumpadanam Galliam peragrarē. sed tu

huc: si me
bis accessi-
urus. Va

¶ L
crud

q

cem temp
ta. castra: v
nus pcep
plex. insti
quum te a
spectant
ctus in eo
esse. colēd
preter nul

¶ L
dim

q

admira
do. vt nil
et. ut licer
trata est:
dere opor
ternallo r
tatur nos
transfug
te laudis
chra est i
pularis n

huc: si me audis: prospera Venetam felicitatem: vel ex ipso ur-
bis accessu non alicuius Messale Soboles: dictatorem sori-
turus. Vale.

¶ Mar. Anto. Manteo.

¶ Laudat amicum quod discipulos suos non tam
erudite quam sancte instruat.

¶ Veris quid de tua institutione sentiam: dicam bene
ter quod de Socratica: non quia te Socratem putem: aut
tuos Socraticos: non sum tam ineptus: ut hanc se-
cem temporum cum illo hominum flore comparem: sed quia
ta castus: ut ille: et sancte doces: et tui Socraticorum more non mi-
nus preceptoris vitam: quam precepta intuentur. Est itaque di-
plex institutio: litterarum una: altera rerum divinarum: nam
quum te audiunt grammaticen discunt: et poeticen: quum mores
spectant Sanctimoniam: et pietatem: estque hic tuorum profes-
sus in eo melior quam illorum fuit: quod veram pietatem monstras
esse colendam: sener ille Atticus: si vetus comedia vera est: nihil
preter nubium vanitatem. Vale.

¶ Mar. Anto. Paulo Centio.

¶ Miratur cur amicus humanitatis studio
dimisso: ad iura se contulerit.

¶ Vid rogo: quid factum est: quid me miserum accidisse
suspicet? Musa ista quiritij laris alumna iam terci-
um annum silet: que multos bonos verterat in sui
admirationem non pauca in apertum prodendo: plura pollicen-
do: ut nihil esset: tam arduum: quod de tanta indole non erpe-
tari liceret. Unde dira hec tacendi cupiditas? cui illa hominum
irata est? aut cur ipsa sibi eternitatem nominis invidet? id ne cre-
dere oportet? an ad Poesicam et Cesaris iuris studia ex longo in-
ternallo resperit? que dum instaurare vult: dum reditum medi-
tatur nostratia incipollat inmo: ut vilia: et inepta aspernatur:
transfugaque ex confesso facta: odit carmen: odit poetas: quasi
te laudis et querende penitissime oblita. Ceterum quia res pul-
chra est iuriscientia (si eius scientie studio traheris) vetus po-
pularis non possum: nec si possum velum tuum consilium non

¶

probare modo ita aliena ames: ut nostra hec non odisse videaris. Satis enim amabis: si nos qui aliud facere nescimus non contempseris. Vale.

¶ Mar. Anto. Palladio Sorano.

¶ De quibusdam epigrammatibus suum fert iudicium. Egi tua epigrammata culta me Hercule: et quod me in his granditer delectat mire simplicitatis. Nemo est qui non intelligat te sentire quod scribis - id siue arte fiat siue natura non possum non mirari: reperio tamen in his nescio quid. Sed id: quale sit nec satis scio nec si sciam dipeum tempus et exercitatio egregia artium magistra monstrabunt puto quicquid hoc est: quod nunc desiderat: adijcientque forsassis: aut certe aliqua virtute pensabunt. Vale et quid Dia nunc agat: fac ut tuis litteris intelligam.

¶ Mar. Anto. Bonfini suo.

¶ Irascitur et dolet filium suum musicis instrumentis reiecta fere litterarum studio esse adhibitum.

¶ Nil ad te plures dies scripsi. fui enim tibi: et filio iratus et nunc si queris quo in vos sim animo: non possum non irasci. Sed tu dic rogo quando hoc me tibi mandasse putas: ut filium lyre admoneres ut indecoro ad alienas mensas statu illum parasi: non effingeres: turpi et molli motu: ad alienos modulos histrionem: nec est cur mihi de histrione licentia intendas quonia si deo placet eo venimus ut quid sit hystrio non intelligamus. Sed tu discere illos non solum in scena sed ad mensas que principum versatos inde tecum considera quam pro primo loco steterit filius: qui in frequenti convivio alienum carnem ad concentum lyre egerit. Vetus est hoc dices ac poeticum: at si poetarum non propterea oratorum cuius rei imaginem tibi proposui delimitanda. Sed fac musicen ne ab oratoribus quidem omnino repudiet: note sunt ad posteros gracchorum actus: absolenit mos ille Bonfinis: et nunc vulgo miramur veteres: vulgo laudamus. Si nris: ut lepidissimum ait poeta: non illorum annis utimur. At quomodo sit

tius fuisse huius
viriq; sulo - aff
lis ediscendis ab
ad nostrum inst
sem illius litera
gis q; voluntat
cum Ferrariensi
am quoro: et do
legasse: ut in ear
ret. Quin scriba
quoq; die vel ad
feratur: que vel
agantur mihi e
tendebam ad h
mee sollicitudin
illo perdas qui
gerrimo da ope
assuescat aucto
oratione et carn
te queso ne pue
accersere ut cor
ne morbum ali
tu aut reditu in
noctu flumalis
accessum mitte
mitto et Lucet
ris calamis ref
mini crystallina
meis ad ea qu
si primo nostr
riter blanditu
num istie esse
que coram et p

¶ Mico

eius fuisset huiusmodi ineptiis procul exclusis: filium meum
vtrique stilo assuescere: et dum plures dies in alienis versicu-
lis ediscendis absumentur aliquid per se illum meditari: quod
ad nostrum institutum attineret. Suspirabam iam tertium men-
sem illius litteras: quibus per breuem vniam metu. et pudore. ma-
gis quae voluntate. expressam. ad me dedit epistolam. Hoc fuit quod
cum Ferrariensi hospite amice et familiariter dolui. Hoc nunc eti-
am quero: et doleo atque identidem testor. me non istuc filium ab-
legasse: ut in eam infantiam euaderet que me perpetuo torque-
ret. Quin scribat potius quotidie aliquid: ut ad me vicesimo
quoque die vel ad summum trinundino litterarum fascis ab eo per-
feratur: que velut ephemeride quanda eorum: que a vobis istuc
ingantur mihi explicent: hoc fuit quod tantopere ab initio con-
tendebam. ad hoc te hortatus sum semper. hoc in primis huius
mee sollicitudini datum volui. sed tu per deos vide ne me cum
illo perdas. quin quod scio te euenire velle cum Luceio viro inte-
gerrimo da opera: ut puer grece et latine proficiat. ut optimis
assuescat aucto:ibus: ut grandia mirari incipiat. ut pedestrem
orationem et carmen alternis exerceat: ut vno verbo dicam cura
te queso ne puer frustra istuc missus videatur. Statueram enim huc
accescere ut coram quid actum esset cognoscerem. veritus tamen
ne morbum aliquem nocturna navigatione contraheret: que in
itu aut reditu in ipsum canicule exortum incidere. perniciose est
noctem flammalis aura: in septembres ydus differendum duxi eius
accessum. mitto itaque in id tempus tibi aureos nummos quicquid
mitto et Luceio calamariam thecam ex cupressu grecanici ope-
ris calamis refertam. et matris familie isti cuius contubernio vti
mini cristallina quedam: parua quidem munera. Sed animus
meus ad ea que in filium conferunt perpendenda non paruus:
si primo nostro congressu filius profectus fuerit mihi vel medio-
criter blanditus. patiar quod tuo commodum fiat adhuc per an-
num istuc esse. interea de eius moribus et institutione prestabis
que coram et per litteras ab initio recepisti. Vale.

¶ Mar: Anto. Nouellino suo.

¶ Mitte amico ea que filio in usum sunt conferenda.

C ij

Aelius noster perincaude est nobiscū feriatus: hic pan-
m cis diebus nunc Patavium negocij (si sapiens est)
non oei gratia repetit. Affertq; tibi nummos aureos
decem quos pro: summe adijcies: sunt nisi opinione fallor:
aurei triginta quos pro contubernio anni huius ad te misi - et
si perpauca argenteoli desunt: decem credo - aut duodecim: qui
boni fide tibi suo tempore representabuntur. Mitto preterea
scorticos specierum sacculos quattuor ad tuam - et fratris tui
viri optimi potius q̄s filij - culinam instruendam: et enim vero
pueri satis edar natura est nulliusq; ientaculi indiga: Per se
enim etas illa suavissime vescitur - mitto et medica mala: quoru
ut Marius mihi dicit istic penuria laboratis. Sunt hec fateor
admodū parua: nulliusq; ponderis - sed rem totam commenda-
bit Tuellini mei humanitas - que nihil in amico solet: p̄ter ani-
mum spectare. Vale: et per amicitiam nostrā rogatus: da ope-
ram - ne filius quantū tua industria et diligentia eius profectus
iuuari potest - me vana frustretur expectatione: quod non ma-
gis mihi miserum sit q̄s tibi: et amicis: quibus eum credidimus
inuidiosum Iterum Vale: et fac queso - ut ex tuis litteris intelli-
gam - te pecuniam accepisse.

¶ Mir. Anto. Tyriace suo.

¶ Filium suum amico commendat.

Go tibi Mariū cōmendare non desino - nec id facio:
quod verear ne nō sit tibi satis cōm̄datus - sed tam
negligens est: ut video: quod nisi calcaria adhibean-
tur: sit haud dubie omnē meam expectationē frustraturus. Tu
ignosce queso - quod toties sum tibi molestus: cōmuniq; paren-
tum vitio id dato - est enim ut video stulticie - et ineptiarū ma-
ter - natoꝝum charitas. Sed parendum est nature: cui nefas est
repugnare. Nec vna causa est - cur tibi sim semper gravis. Car-
lius noster - qui has meas tibi attulit litteras: fratrem habet adu-
lescētem - probum - et eruditum - quem tuo ductu et auspicijs
vellet philosophie studijs admouere. Sed maior omnino est
genitius q̄s facultas - opus itaq; est nobis conditione aliqua: ut

ille dicitur
pibus est
lesces ipse
rum - ad
locum. Et
cundo - et
gam ha
deris suis

mn tua l
ut quem
sti - fusti
meam a
adulesce
niam - p
ipse ope
tuebant
annum
ficatus
re. Nisi
per un
cuniam
et cirrog
um - si
amas -
desis S
nus pu
volunt
queran

ille diutius istuc esse possit. nam domestice vel angustia suis sum-
ptibus esse non potest. Gratissimum mihi feceris. si per te adu-
lescens ipse fuerit consecutus. ut apud vnum aliquem patavinum
locum. Habebit is. quicumque fuerit. adolescentem ingenio vere-
cundo. et eruditione in ea etate singulari. fac rogo. ut intelli-
gam hanc meam commendationem. non parui apud te pon-
deris fuisse Vale.

¶ Mar. Anto. Guliola.

¶ Conqueritur se a discipulo mercede fraudatum.

Idissem te libenter. quum nuper Venetijs fuisset: sed
tua an mea culpa sit factum. quod neuter alterum
viderit. postea querendum puto. Tunc pro nostra
mutua benevolentia oro te. mi Guliola. et obtestor plurimum:
ut quemadmodum mihi per litteras amici filium commenda-
sti. fuistiq; auctor. ut contubernium ei deferrem. pari affectu
meam aduersus illum suscipere velis causam. Abiit hic bonus
adolescens me inscio: quum non parvam deberet mihi pecu-
niam. pro domestica institutione. quis in eo erudiendo fuerim.
ipse optimus est testis. Sunt: et qui cum eo tunc apud me insti-
tuebantur. At pro industria: et diligentia. quam illi prestitiam
annum propemodum est preceptorem vana expectatione ludi-
ficatus. quem turpe est. ne impium dicam. sua mercede fraudare.
Missem ad te litteras. quas publice ad pretorem vrbis im-
petravi. ut adulescentis patrem pro potestate cogat: ad eam pe-
cuniam quam mihi et stipulatu debet. persoluedam. missem
et cirographum meum. quo totum tibi permittimus negoti-
um. si quid factururus esses. perspectum habuissim. Tu: si me
amas. et si a me amari non ignoras. caue in re equissima tuo-
desis Sabellico. Quod si maioribus curis occupatus. id mi-
nus prestare potes. gratissimū mihi feceris. si continuo de tua
voluntate ad me scripseris. ut tua desitutus opera alium mihi
queram patronum. Vale.

¶ Mar. Antonius Do. Cardinali Guimano.

C. iij

Go ad hunc diem de tua tuorumque omnium laude
et immortalitate nunquam cogitare desisti: nunc experi
ri libet. pater amplissime: quanti tua faciat amplitu
do. hoc sui Sabellici in se studium: et observantiam. Est mihi
filius iam adules: et litteris: et moribus: quod mihi patri lice
at dicere optime instructus: estque hoc anno sacris iniciatus. et
ad sacerdotium usque promotus: verum tam pauper. ut preter
plebeculam unam in foro iulienfi agro: in qua nunc sacris ope
ratur. nihil rei illi sit amplius ad victum et vestitum. et quod
plus me mouet nihil etiam spei ad incrementum aliquid: nisi pie
tas tua pater prestantissime iacetem erigat. Sunt in tua Aequi
leensi ecclesia haud vno loco sacerdotia: et ut vulgo aiunt. ca
nonicatus plerique numero. Faciet rem non modo piam tua am
plitudo. sed et mihi. qui de dignitate filij plus. quam dici possit labo
ro tam gratam. ut vel hoc nomine velim omni tempore tan
tum tibi. pater amplissime debere: quantum nulli eorum qui de
me optime meriti sunt. si vnum aliquem in his locum Maris
filio: immo mihi patri destinaverit. atque ita destinatum volet: ut
in eam. qui primo altero loco vacauerit. recipiatur. Erit id
mihi. ut dici tam gratum. ut nihil possit esse gratius. nihil cur
magis velim tue amplitudini viuus et mortuus debere. Detulsi
ad hec. M. viro Hieronymo fratri tuo operam meam. et do
num gratuitam. ut eius liberi apud me commodius institu
antur. eritque si in illos contulerimus eorumque debebimus non
corollarium quid beneficii hostimentum. Sis diu felix. prestan
tissime pater: cui me et filium humiliter commendo.

¶ Pomponius Letus. M. Anto. S.

Acobus Baptista vir et humanus et eruditus. qui
est sodalitatis heremitarum. Aur. Augustini tuo iur
ssu quirinalem ascendit: meque visit. et post datam sa
lutem plura mecum de tua facilitate. atque doctrina conculit.
Ego soleo supra modum letari. cum audio homines de M. Ar.
Antonio bene sentire. presertim quum nostro seculo sis: qui plu
rimum posteritati tribuas. Viterbiensis Lucas. de quo ambig

gio-in
fere vi
feruat
am. si
saltem
tur in
feret co
ostend
bus. t
scripsi
natur
ut inu
dine n
que su
quod
me. P

sum s
brium
pene p
tem d
neq
nime
dicine
piliu
strare
vel le
unt n

gis integer est. et cui potest quiddam pretiosum credi. et quum
fere vitæ præter prima rudimenta nouerit. litteratos amat et ob
seruat. Munera mihi gratissima fuere. gratius gratissimo eti
am. si te coram inueneret. Sed nõ adeo disiungimur. ut litteris
saltem id fieri non possit. propter quam causam epistole dicuntur
inuenta. Petrus homo diligens. et curiosus secum in reditu
feret compendium quorundam gestorum Romanorum: tibiq;
ostendet. si probaueris. permittet diuagari. si cõtra dabit igni
bus. tue censuræ sit. seu uitæ. seu interitum præbere. ut antea
scripsi. ut huic rei operam des. te exoro. quamuis tua liberali
natura egresers ab amicis exorari. tanta est in te humanitas.
ut inuites. qui iubeant. non qui exorent. Viue felix. et consuetu
dine nobilitatis Venetorum utere. et existimatione in qua es.
que simul et vigilie et labores pepererunt. Habeo tibi gratias.
quod inter cetera beneficia effeceris. uti Jacobum nouerim Ro
me. Pudiè Jdi. May.

¶ Mar. Anto. Cardinali Senensi.

¶ Agit gratias Cardinali q̄ opera sua q̄
merore leuatus sit.

Atis cum homine indulgenter egisset natura. clemen
tissime pater. si filiorum causa tantum solliciti esse
mus. sed incepti fiunt. et demetres miseri patres: dum
ingente pietati nimium indulgent. suntq; hoc ip
sum scio. quum alij pleriq; experci. tum ipse nuper vsq; ad ludi
brium qui dum filij cause impensius studeo. causam et filium
pene perdidit. Sed sic profecto est. trahunt ceteri affectus men
tem dolor et ira precipitant. accepte iniurie magnitudo fecit. ut
neq; manus vulnere admouerim. et quia non admoui scire mi
nime potui. quale id esset. aut quam alte adactum. queue me
dicine ratio esset adhibenda. quo contingit. ut quisi opem et au
xilium implorare. qua potissimum parte curandus essem. mon
strare nequiverunt. pueros (quod pudeat dicere) imitatus: qui
vel leuiter percussi. quum ad matrem lamentabundi confugi
unt manum. alio quã oportuit. applicat. manifesto vani dolo

laude
experci
nplien
mibt
tri lice
us. et
preter
is ope
e quod
nisi pie
Aqui
unt. ca
ua am
t labo
e tan
qui de
Mario
let: ut
Eric id
hil cur
Deculq;
et do
stien
is non
restan

s. qui
uo iu
am se
nculic.
Mar.
qui plu
amb;

ris argumento dant suis querelis lachrymas sed felix fult no-
ster error qui presentissimum vani meus tuo salubri consilio
inuenit remedium sumq; graui molestia lenatus tua opera pa-
ter plentissime: quod perinde fuit mihi gratū ac si totū hoc ne-
gocium quod omnino futuram sperabā fuisset istic confectū.
Nunc: quibus verbis tue amplitudini agam gratias: nō repe-
rio. Spero et opto aliquando videri. quē tua amplitudo - quā
gratū cum memoriē virū iudicet: dignūq; arbitret: in quo suum
beneficiū vltro collocarit: certe animus. cuius sum mihi consci-
us: nil hodie preter gratitudinem meditatur. pendetq; totus ex
vnius officij euentu. vt tue demum laudis. dignitatisq; quam
studiosissimus fuisse credat. quod preterea tantum res nostre
tuo sapientissimo iudicio probentur: quāteum ne ipse quidē po-
stulare ausim: tribuo id ego tuo mitissimo genio. qui nō solū ad
virtutē exercendam sit natus. sed ad virtutis etiam imaginem
vel potius vmbriā in omnibus fouēdam. Ceterum tanti est tue
amplitudinis apud me auctoritas: vt ego: qui nunq; mihi pla-
cere potui: iam nunc demum summi viri testimonio confirma-
tus non displiceam: audaciorq; factus. subitum ceperim consi-
lium impressorie officine: inferēdi scē historiārum enneas: qui
bus longissimam rerum seriem a prima mundi origine. ad hu-
mane salutis annos terui. per ampla vetustatis spacia euaga-
tus. que cum primum inde ericint. curabo diligenter: vt ad tu-
am amplitudinem continuo perferantur. cui me. et totam do-
mum commendo: ac trado.

Mar. Anto. Petro Contareno Rogerij filio.

¶ Franciscū Philelphum ab eloquentia sua plurimū laudat.

Crebuit rumor. immo cōstans fama est: per gran-
dem epistolarum Francisci Philelphi numerum: ve-
lut seruile agmen in ergastulo tumultuari. poscereq;
libertatem. Est: vt mihi dicitur: volumen pene im-
mensum. sed quo vberior seges. et maior proventus. Gratulor
studiosis. quibus nō solum librorum copia ingens assidue cudi-
tur: in librarijs officinis. Sed quod semper est aliquid: qd noui-
ter cūdat: atq; id nō inutile. Nam quod ad Philelphū attinet:

qui elu-
babile
lari er
q; nō
durus
omniū
ppter
anno
nijs in
tanq;
bu illi
mus 2
minus

v
ignora
tatu in
enim
studi
lo. Vic
stra he
om: ten
in un
nume
oneri e
reficun
bis app
q; pat
ducit
ssini. S
particu
filium.

qui eius ingenij studia nō probant. quid in re literaria sit pro-
babile parum meo iudicio intelligant. fuit ille quum singu-
lari eruditione tam summa dicendi copia veteribus similior-
q̄z nostri temporis hominibus. Non enim pluvias: ut ait Pin-
darus colligit aquas sed viuo flumine redundat natura illa
omnium rerū capax. et ut breuiter dicam dignus est legi: quū
ppter ceteras virtutes. tum q̄ sit oim: qui millesimo ab hinc
anno scripserūt propemodū elegantissimus. Sed tu qui inge-
nijs impēsius faues cōsule rogo in mediū. nec patere. ut vnus
tanq̄z sener ille comicus eiusmodi thesauro incumbat. Sunt li-
bri illi Epistolarū apud hōiem tibi familiarissimū ut Hierony-
mus Alexandrinus in quilius tuus predicat. Custodiūtur non
minus religiose q̄z libri ad Nonetam reperti. Vale.

¶ Mar. Anto. Jacobo Pontano. S.

¶ Narrat suam de instruendis Pontani filijs sententiā
ad filios tuos adulescentes optimos nuper scri-
psi Pontane vir doctissime. et ad te nunc scribendū
dixi: ut: que de illorum studijs sit mihi sententia: nō
ignorares. Probo dialecticē: cui ambo tuo: siue iussu: siue hor-
tatu impensius incumbūt. Probo et philosophiā: cui imminēt
enim. verō quis rem tantam non probat. sed quod eloquentie
studi: parum ob hec frequentent: nec probare possum: nec vo-
lo. Vtinam breui epistola tibi monstrari posset: quantum no-
stra hec studia: ad que ambo mihi nati videbantur: fuerint ad-
omnem doctrinarū profectum eis collatura: si rem pulcherrī-
mā nō cogentur deserere. Nec verendum est: ne lectionum
numero nimiam onerentur: sequaturq̄ ex labore tedium: nihil
oneri esse potest: quod sua natura dulce est et suauē. Quid: qd̄
reficiuntur etiam animi lectionum varietate: ut in plurifariā ci-
bis appetentia. Sed video quā improbe faciam: qui plus volo:
q̄z pater: quasi quisq̄ melius scire possit: quid illis precipue cō-
ducatur q̄z tu: qui eos genuisti. cui sunt ambo preter cetera chari-
ssimi. Sed qui muleum amant: sepe muleum decipiuntur: nec
patitur patrius affectus omnia videre. Est preterea amici cō-
siliū. si amicus sit: ut poete carmen testatur non inutile. Sed



tu velim id de filijs statuas. quod illorum sit profectui maxime
conducibile. Vale.

¶ Mar. Anto. Palladio Sorano.

¶ Pollicetur se ad prandium quod promissum
est venturum.

¶ Seruo diem: tu legem serua. qua te mihi prandium
paraturum scribis: nō Aristippus venio: sed homo
